

Septimus

tiquissimum græciæ regem. Id monumentis approbare conatur. E diuerso Epigenes apud babylonios septingentorum uiginti annorum obseruationes syderum costilibus laterculis inscriptas docet: grauis auctor in primis. Qui minimè Berofus & Critodemus quadringentorum octoginta annorum. Ex quo apparet æternus litterarum usus. In latium eas attulerunt pelasgi. Laterarias domos constituerunt primi Euryalos & Hyperbios frates athenis: antea specus erant pro domibus. gelio Doxius Celi filius in tei aedificii inuentor placet: exemplo sumpto ab hirudinum nidis oppidum cecrops a se appellauit cecropia: quæ nunc est arx harenis. Aliq argos a phoroneo rege ante conditum. uolunt Quidam & sicyonem. Aegyptii multo ante apud ipsos diospolin. Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius: & metallarum: utrumque in insula cypro. Itè forcipem: marculum: uectem: incidem. puteos Danaus ex ægypto aduectus in græciam qua uocabatur argos, diphsion: Lapidinas Cadmus thebis aut ut theophrastus in phenice. Trafon muros. Turres ut Aristoteles cyclopes phœnices ut Theophrastus Aegyptii textilia. Insecere lanas sardibus Lydi. Fusos in lanificio closter filius Arachnæ. linum & retia arachne Fulloniam artem Nitias megarensis. Surtinam Boetius. Medicinam ægyptii apud ipsos uolunt repertam. Alii per arabum babilonis & apollinis filium. Hærbariam & medicamentariam a chyrone Saturni & phylliæ filio. Aes conflare & temperare aristoteles Lydum seipsem monstrasse. Theophrastus Delam phrygem putat aerarinam fabricam alii chalibas: alii Cyclopes. Ferrum Hesiodus in cretas eos qui uocati sunt Dactyli idæi argentum inuenit Erichthonius atheniensis: ut alii ceacus. auri metalla & conflatorem cadmus phœnix ad pangeum montem. Ut alii Thoas & Eaclis in panchaia aut sol Oceani filius: cui Gellius medicinam quoque inuentionem ex melle assignat. plumbum ex cassiteride insula primus apportauit Midacritus. Fabricam ferream inuenere cyclopes. Figulinas chorebus atheniensis. In iis orbem anacharis scythes: ut alii Hiperbeos corinthus. Fabricam materiariam Dedalus: & in ea ferram: asciam: perpediculum: terebram: glutinum: lithocollam Normam: fornitem autem & libellam & tornum & clauem Theodorus samius. Menses & pondera phidon argiuus: aut palemedes ut maluit Gellius. ignem e silice pyrodes cilicis filius. At eundem asseruare in ferula pmetheus. Vehiculum cum quattuor rotis phryges Mercaturas pæniculas uitium & arborum Eumoiphus atheniensis. Vinum aqua misceri Straphilus Sitheni filius. Oleum & trapetas aristæus atheniensis. Idem mella. Bouem & aratrum Briges atheniensis: Ut alii Triptolemeus. Regiam ciuitatem ægyptii. popularem attici. post Theseum tyrannum primus fuit phalaris agrigenti. Seruicium inuenere lacædemonii Iudicium capitis in ariopago primum actum est proelium aricontra ægyptios primi fecere frustibus quos uocant phalangas. clypeos inuenere prætus & Acritus inter se bellantes: siue chachus athamantis filius. Loricam Mydias messenius. Galleam: gladium: hastam lacædemonii Ocreas & cristas Cares. Arcum & sagittam Scytem. Iouis filium. alii sagittas Persen persei filium inuenisse. Lanceas ætholas. laculum cum amento ferunt inuenisse aetolum Martis filium. Hastas uelutares Tyrthenupilumque. Penthesileam amazonem securim. piscum uenabula. Et in tormentis scorpionem Cretas Catapultam syros Phœnicas balistam & fundam. Aeneam tubam piscum Tyrthenum. Testudines Artemonem clazomenum. Equum qui nunc aries appellatur in muralibus machinis Epeum ad troiam. Equo uehi Bellophontem. Frænos & strata equorum peletrouium. pugnare ex equo tessalos qui centauri appellati sunt: habitantes secundum prelium montem. Bigas primum iunxit phrygum nationem. Quadrigas Erichthonius. Ordinem exercitus: signi dationem: tessaras: uigilias inuenit palamedes troiano bello. Specularem significationem eodem bello Sinon. Inducias lycaon. Fœdera Theseus. auguria ex aulibus. Caras a quo caria appellata. Adiecit ex cæteris aialibus Orpheus haruspiciam Delphas. ignispiciam Amphiaras. Auspiciam auium Tyresias thebanus. Interpretationem ostentorum & somniorum amphrycton. astrologiam Atlas lybiæ filius ut alii ægyptii: ut alii assyrii. Spheram in ea milesius Anaximader. Uentorum rationem Aeolus Hellenis filius. Musicam amphion. Fistulam pan. Monaulum Mercurius. Obliquam tibiā Mydas in phrygia. Geminas tibiās Marsias. In eadem gente lydios modulatos amphion. Dorios Thamiras thrax. Phrygios Marsias phrix. Citharam amphion: ut alii Orpheus: ut alii linus. Septem cordis additis Terpader Octauam Simonides addidit Nonam Timotheus. Cithara sine uoce cecinit Thamyras prius. Cum cantum amphion: ut alii linus. Cithara edite carmina composuit Terpander. Cum tibiis canere uoce Troezenus Dardanus instituit. Saltationem armatam Curetes docuere. Pyrrhycen pyrrhus utranque in creta. uersum herocum pythio oraculo debemus. De poematum origine magna quaestio est. ante troianum bellum probantur fuisse. profaicam orationem condere pherecides Syrius instituit tpe Cyri regis. Hystoriam cadmus milesius. ludos gymnicos in arcadia lycaon. funebres acastus in iolcho. post enim Theseus in isthmo. Hercules olympiæ athleticam. pythus pilam luxoriam giges lydius picturam In ægypto. in græcia uero pyrrhus Dedali cognatus ut aristoteli placet: ut Theophrasto polignotus atheniensis. Nauem primus in græciam ex ægypto Danaus aduexit. ante ratibus nauigabatur inuentis in mari rubro inter insulas a rege Erythra. Reperiuntur qui mysos & troianos priores excogitasse in hellestoto putent cum transirent aduersus thracas etiam nunc in britannico oceano uitiles corio circumfatae sunt in nilo. ex papyro & scirpo & arundine. longa naue lasonem primum nauigasse philostephanus

Ichthyo-
collam

Car